

corpore septuaginta et dua flagella quoram omnibus accipiat et deposita veste monasterii indutus aliquod scisum laycale captans densissimas tenebras nocte cum confusione et nota a cenobio excommunicatus evellatur. Promittimus etiam Deo et tibi patri nostro Sabarico abbati¹⁾, ut si ex nobis aliquis sine benedictionem de fratris aut tuo imperio per vitium ad aliqua loca ad havitandum transire voluerit, habeatis potestatem incautam eius persequi voluptatem, qui hoc temtaverit et comprehensum ad regule censum reducere et si aliquis eum defendere voluerit aut presbyter aut monachus aut quilibet layci et vestram munitionem aut ita ulterius aput se eum retinere voluerit, communicatio illius irrita sit a diabulo et participatio illius cum Iuda traditore sit in inferno et in presenti seculo excommunicatus permaneat ab omni cętu christianorum qui hoc fecerit. Certe si quod credi nefas est²⁾, tu domnus, quod Deus fieri non patiatur, si aliquis ex nobis iniuste aut superbe aut iracunde aut certe unum diligere et alterum liboris odio contemnere, hunum imperare et alterum adolare blanditię excusare, tunc et nos habeamus potestatem non superbe non iracunde per unumquemque decania preposito nostro querimonia inferre et prepositus tibi domno nostro pedes deobsculare et nostra humiliter querella sugerere et tu nos patienter iubeas abscultare ex communi regule constitute cerbice humiliare et corripere et emendare. Quod si corripere te minime volueris, tunc habeamus et nos potestatem de altera monasteria abbates de conlatione nostra invitare et quoram eos te corripias et tu nobis accepta regula perficias et nos tibi discipuli subditis et adobtibi filii humiles ovedientes in omnibus recognoscas et Christo sine macula nos offeras. Amen.

Hec sunt nomina, qui manus suas subscriptione vel signum in hoc pactum fecerunt:

Alaritus prbr. †
 Manuel conf. m³⁾ †
 Sarra(cinus) prbr. †
 Gontulgius prbr. et conf. †
 Bretus diaconus †
 Recesindus abba †
 Fandilani subdiaconi †
 Ico m. †

Uuimaredo m. †
 Atalasindo m. †
 Theoderedus m. †
 Merlani m. †
 Ioannes m. †
 Fredosindus m. †
 Liuva m. †
 Agila conf. m. †

1) Sabarico abbati mit rother Tinte; marginal dahinter schwarz von andrer Hand samem (oder suniem?); vielleicht Sama dicht bei Oviedo oder Samos in der Provinz Lugo (España sagrada Tom. XI). Ein Sabaricus abba era 989 im Serapeum VII, 197. 2) Hinter est ein Zeichen 'n'; vielleicht ist es si zu lesen, vielleicht auch nur ein verschriebener Buchstabe. 3) Dies m, welchem stets unmittelbar ein Kreuz folgt, bedeutet manu, wie aus dem Vorkommen von ma hervorgeht; sonst würde man an monachus denken müssen.